

Saec. IX. — Tironische Noten.

Bern, Stadtbibliothek, Ms. 668, fol. 5 und 128^v. — Mailand, Biblioteca Ambrosiana, M. 12, parte superiore.

1. Bern, Stadtbibliothek, Ms. 668, fol. 5. Aus einem Psalter, der ganz mit tironischen Noten geschrieben ist. Unser Facsimile bietet den Schluss von Psalm 13 und den Anfang von Psalm 14. Grösse: 16,5 × 11 cm. Der Kodex ist nicht datiert. Die Schrift rührt offenbar von einer kalligraphisch sehr geübten Hand her. — Siehe das kritische Zeichen → in Z. 3, 5, 8; es deutet an, dass die Worte im hebräischen Text anders lauten. — Der Kodex gehörte früher wahrscheinlich dem Benediktinerkloster Fleury-sur-Loire, dessen Bibliothek in den Jahren 1561 und 1562 von den Hugenotten geplündert und an Peter Daniel aus Orleans verkauft wurde. Nach P. Daniel besaßen den Kodex Jacob Bongars und Jacob Gravißet; der letztere schenkte ihn 1632 mit vielen anderen wertvollen Kodices der Stadt Bern. Siehe Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, Bern 1875, p. 498.

venenum aspidum sub labiis eorum.
 Quorum os maledictione et amaritudine plenum est:
 veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
 Contritto et infelicitas in visis eorum, et viam pacis non cognoverunt:
 5 non est timor Dei ante oculos eius.
 Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem,
 qui devorant plebem meam sicut escam panis?
 Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
 Quoniam Deus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis:
 10 quoniam Dominus spes eius est.
 Quis dabit ex Sion salutare Israel? Cum averterit Dominus captivitatem plebis
 exultabit Jacob, et laetabitur Israel. [suave,
 XIII. Psalmus David.
 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?
 15 aut quis requiescet in monte sancto tuo?
 Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam.
 Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.
 Nec fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

2. Bern, Stadtbibliothek, Ms. 668, fol. 128^v. Eine Seite eines tironischen Lexikons. Es sind nur mehr Fragmente des Lexikons erhalten; sie sind dem Psalter in Ms. 668, aus welchem das nebenstehende Facsimile genommen ist, beigegeben. Die Schrift scheint aus etwas späterer Zeit zu stammen als die des Psalters. Siehe die Beschreibung bei W. Schmitz, *Studien zur lateinischen Stenographie. Notarum Bernensium index* (in der Zeitschrift *Panstenographikon* I, Leipzig 1869—74, S. 204 und 339). Siehe über die tironischen Noten überhaupt Émile Chatelain, *Introduction à la lecture des Notes tironiennes*, Paris 1900; Wilhelm Schmitz, *Commentarii notarum Tironianarum, cum prolegomenis, adnotationibus criticis et exegeticis notarumque indice alphabetico*, Leipzig 1893. Siehe auch das Kapitel „Die tironischen Noten“ in der Einleitung.

| | | | |
|----|---------------|------------|------------|
| | equinoctialis | menses | November |
| | umbra | mensium | December |
| | uobracalum | mensibus | kalendae |
| | unbrifer | menstruus | kalendarum |
| 5 | unbriferi | semenstris | kalendis |
| | umbrosus | ianuarius | kalendas |
| | aduobrat | februarius | idus |
| | inubrat | martius | idibus |
| | obumbrat | aprilis | idibus |
| 10 | subumbrat | maius | ver |
| | tenebra | iunius | vernus |
| | tenebrosus | iulius | vernalis |
| | tenebrosus | augustus | vernula |
| | caligo | september | vernaculus |
| 15 | mensis | october | aestus |

3. Mailand, Biblioteca Ambrosiana, M. 12, parte superiore. Ein Palimpsest. Die erste Schrift, von der am Rande noch Spuren zu sehen sind, bestand aus grossen Uncialbuchstaben; sie enthält Fragmente eines gallikanischen oder mozarabischen Sakramentars, und stammt wahrscheinlich aus dem VII. Jahrhundert. Die zweite, karolingische Schrift, in welcher tironische Noten und voll ausgeschriebene Worte mit einander abwechseln, enthält das Werk Bedas des Ehrwürdigen *De temporum ratione*. Sie stammt etwa aus der Mitte des IX. Jahrhunderts. Der Kodex befand sich im IX. Jahrhundert in Corvey an der Weser (Corbeia nova, gegründet 822), wie aus dem Kalendarium am Anfang erhellt, wo zum VII. idus Ianuarii der Tod des Abtes Adalgar († 877) eingetragen ist (vgl. Ph. Jaffé, *Monumenta Corbeiensia* in der *Bibliotheca rerum Germanicarum*, I, Berlin 1864, p. 33 und 67). Oft stehen deutsche Worte und Namen in diesem Kalendarium: der Februar wird *Solmonath* genannt, der März *Rhedmonath*, der April *Eosturmonath*, der Mai *Thrimilci*, der August *Ueudmonath*, der September *Alegmonath*, der Oktober *UUntirfilith*, der November *Blotmonath*, der Dezember *Giuli*. Die Ambrosiana besitzt den Kodex schon seit der Gründung der Bibliothek (1609). Vielleicht erwarb ihn der erste Präfekt, Olgiate, der im Auftrag des Kardinals Federigo Borromeo zum Ankauf alter Kodices über die Alpen ging und viele Bücher aus Deutschland und Frankreich nach Mailand schickte. — Am Rande stehen die Jahre einer Weltära. Es ist stets das Jahr angegeben, bis zu welchem die Herrscher regierten. 4000 ist durch IIII und einen darübergesetzten Strich bezeichnet. Siehe Hammond, *The ancient Liturgy of Antioch* etc., Oxford 1879, p. 51; Mommsen, *Chronica minora* III, 235 und 283, in den *Monumenta Germaniae historica: Auctores antiquissimi* XIII, Berlin 1898 (unser Kodex ist jedoch in dieser Ausgabe nicht berücksichtigt); Migne, *Patrologia latina*, t. 90, col. 546. (In unserer Transkription sind die zahlreichen tironischen Noten und die anderen Abkürzungen nicht durch besondere Typen hervorgehoben.)

in regnum filius eius Agrippa et usque ad exterminium Iudeorum XXVI annos
 [perseverat.
 Herodes tetrarcha et ipse Gai amicitiam petens cogente¹⁾ Herodiade Romam
 venit, sed accusatus ab Agrippa etiam tetrarchiam perdidit, fugi-
 ensque in Hispaniam cum Herodiade merore perit. Pilatus
 5 qui sententiam damnationis in Christum dixerat, tantis inrogante Gaio angoribus
 [coar-
 tatus est, ut sua se manu peremerit. Gaius in deos se referens
 Iudeorum loca sancta sordibus idolorum profanat. Mattheus in Iudea praedicans
 4007. [evangelium scripsit.
 Claudius annos XIII menses VIII dies XXVIII. Petrus apostolus
 cum primus Anthiochenam fundasset ecclesiam, Romam pergit ibique XXV
 [annos cathedram
 10 tenet episcopalem, id est usque ad ultimum Neronis annum. Marcus evangelium,
 quod Romae scripsit. Aegyptio Petro mittente praedicat. IIII²⁾ Claudii anno
 fames gravissima, cuius Lucas meminit, facta est. Eodem anno ipse Brit-
 tania adiens, quam neque ante Iulium Caesarem neque post eum quisquam attingere
 ausus fuerat, sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimum
 15 insulae partem in dedicationem recepit. Orchadas etiam insulas Romano adiecti
 imperio ac VI³⁾ quam profectus erat mense Romam rediit. Nono regni sui
 anno Iudeos tumultuantes Roma expulit, quod et Lucas
 refert. Sequenti anno fames maxima Romam corripit.
 4021. Nero annos XIII menses VII dies XXVIII. Huius secundo anno Festus
 20 Iudeae procurator successit Felici, a quo Paulus Romam victus mittitur
 et biennium in libera manens custodia post haec ad praedicandum dimittitur,
 [necdum Nerone
 in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrat hystoria⁴⁾.
 Iacobus frater Domini cum XXX annis Hierosolymorum rexisset ecclesiam, VII⁵⁾ Nerone
 anno lapidatur a Iudeis vindicantibus in illo, quod
 25 Paulum interficere nequiverunt. Festo magistratui Iudeae
 succedit Albinus, Albino Florius⁶⁾. Cuius luxuriam et
 avaritiam ceterorumque flagitia non ferentes Iudei

contra Romanos rebellaverunt, adversum quos Vespasianus magister
 militie transmissus plurimas urbes Iudeae cepit. Primus Nero super omnia scelera
 [sua et Christianos persequitur,
 quorum eximiores Romae Petrum cruce, Paulum occidit gladio. Hic in re militaria
 nihil omnino ausus Britanniam pene amisit; nam duo sub eo nobilissima
 5 oppida illic capta atque eversa sunt.
 Vespasianus annos VIII menses XI dies XXII. Hic apud Iudeam
 imperator ab exercitu appellatus et bellum Tito filio commendans Romam per
 4027. [Alexan-
 driam proficiscitur: qui secundo anno Iudeae regnum subvertit templumque
 [solo stravit,
 post annos primae aedificationis eius MLXXXVIII. Consumatum est hoc bellum
 10 annis IIII, duobus quidem Nerone vivente et duobus aliis postea. Vespasianus
 inter alia magnorum operum in privata adhuc vita in Germania ac deinde in
 Britanniam a Claudio missus trices ac bis cum hoste con-
 fluxit, duas validissimas gentes, XX oppida, insulam Ulectam
 Brittaniam proximam imperio Romano adiecit. Colosus erigitur habens
 15 altitudinis pedes CVII.
 Titus annos II menses II, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut
 4029. amor et deliciae humani generis diceretur. Hic amphitheatrum
 Romae aedificat et in dedicatione eius V³⁾ milia ferarum occidit.
 Domicianus frater Titii iunior annos XV menses V. Hic
 20 secundum post Neronem Christianos persequitur: sub quo apostolus Iohannes
 [in Paphum
 insulam relegatus est, et Flavia Domitilla Flavii Clementis
 consulis ex sorore neptis in insulam Potentianam³⁾
 ob fidei testimonium exiliatur. Qui et ipsum Iohannem fertur in
 ferventis olei dolium misisse, sed Iohannes tam immunis redi-
 25 se a poenis, quam a corruptione carnis manebat semper immunis.
 Nerva annum I menses IIII dies VIII. Hic primo edicto suo
 cunctos exules revocavit, unde et Iohannes apostolus hac tenerali⁴⁾
 4050. indulgentia liberatus Ephesum rediit. Et quia cuncta

¹⁾ regni sui übergeschrieben. ²⁾ Verbessert aus historia. ³⁾ aus Florus. ⁴⁾ Über dem Zahlzeichen V steht auch q. (= quinque). ⁵⁾ für 4020. ⁶⁾ Korrigiert. ⁷⁾ für generalis.